

Resp. affirmativè. Ita Panormit. ad d. cap. ult. de Donat. n. 7. P. Engel ad eund. tit. n. 20. 175 P. Wiestner ibid. num. 32. Ratio est: quia in cit. cap. ult. & l. ult. jus revocandi rem donatam negatur hæredibus, quando defunctus per suam taciturnitatem injuriam dissimulavit, aut condonavit. Atqui non censetur injuriam dissimulasse, vel condonasse, quando necivie, ingratitude esse commissam, aut rem donatam revocare non potuit. Ergo &c.

176 Petes II. an Donatio, Ecclesiæ facta, revocetur ob ingratitude Praelati?

Resp. negativè. Ita Jul. Clar. recept. Sens. lib. 5. §. donatio q. 21. n. 5. Barbosa in cit. cap. 177 ult. n. 15. P. Engel ubi supra n. 21. Ratio est: tum quia Donatio, quæ fit Ecclesiæ, principaliter DEO, qui nunquam est ingratus, fieri censetur: tum quia delictum personæ non potest Ecclesiæ nocere cap. delictum 76. de R. J. in 6.

178 Petes III. an Donatio propter insperatam aut improvisam nativitate liberorum revocari valeat?

Resp. communem & teste Lauterb. cit. l. §. 53. practicam sententiam esse, quod sic, propter textum in l. si nunquam 8. Cod. de Revocand. Donat. qui explicite quidem disponit de patrono, quod donata liberto ad ipsum revertantur, si post Donationem liberos suscipiat; attamen ex identitate rationis ad ceteros, quibus liberi post Donationem superveniunt, extendi debet: siquidem de quolibet patre hæc pietatis coniectura est sumenda, quod, si de liberis futuris cogitasset, non donasset. Covarruv. Var. resol. lib. 1. cap. 39. Brunn. ad cit. l. n. 7. & seqq. D. à Somering ad tit. Inst. de Donat. p. 2. sub num. 10. Dubitari tamen non sine fundamento possit: an non cit. l. si nunquam 8. per d. l. ult. revocata fuerit? Nam Imperator ibidem generaliter sancit, omnes Donationes, Lege confectas, firmas illibatasque manere, si non Donationis acceptor ingratus circa donatorem invenitur; quæ locutio tam generalis etiam ad casum, quod liberi post Donationem eduntur in lucem, extendenda videtur. Quod considerandum relinquo.

## CAPUT VIII.

### De Modis, quibus obligatio, ex Pacto vel Contractu nata, tollitur.

**H**ucusque negotium nobis fecere Pacta & Contractus, quatenus sunt modi, jus ad rem, & personalem obligationem producendi. Ultimam modò occupationem faciunt modi, quibus obligatio, ex Pacto vel Contractu nata, denuò tollitur, & resolvitur; puta Solutio, Compensatio, Acceptilatio &c.

## SECTIO I.

### De Solutione.

#### SUMMARIA.

1. & 2. Solutio acceptio. 3. Definitio. 4. Est actus, quò res debita. 5. Et aliquando alius affirmatio. 6. Physicè. 7. Præstatur. 8. Solvere tenetur debitor. 9. Si liberam habeat administrationem. 10. Potest etiam alius pro ipsoolvere sine mandato. 11. & seqq. Erit tamen quoad actionem aliqua differentia. 14. & seqq. Successor in beneficio non tenetur antecessoris debitaolvere, nisi pro necessitate vel utilitate Ecclesiæ sint contracta. 19. & seqq. Disquiruntur, quandònam creditor debeat versionem in utilitatem Ecclesiæ probare? 21. Solutio faciendâ est debitori, vel alteri, qui debitorem representat. 22. & seqq. Vel qui solutionis gratia fuit adiectus. 24. & seqq. Is liberam administrationem habere debet. 27. & seqq. Creditori creditoris licetolvere, quando creditor non est irritus. 30. Totum debitum est solvendum. 31. Solvenda etiam res propria. 32. & plurib. seqq. Distinctè excutitur questio, in qua specie moneta sit faciendâ solutio, præsertim ubi valor est immutatus? 59. & seqq. Solutio faciendâ est in tempore convento. 61. & seqq. Si de tempore nihil sit conventum, opus est interpellatione creditoris. 64. Creditor ante tempus præstitum nequit exigere Solutionem. 65. Excipitur duplex casus. 66. Debitor autem potestolvere ante tempus. 67. Ponitur exceptio. 68. & seqq. Assignatur locus faciendâ Solutionis. 71. Effectus Solutionis ex parte creditoris. 72. & seqq. Item ex parte debitoris. 76. & seqq. Si creditor nolit acceptare pecuniam, potest deponi. 78. & seqq. Ostenditur, in quam causam solutio debeat impulari, quando pecunia ex pluribus causis fuit debita? 80. & seqq. Recensentur breviter aliquot causæ, Solutionem nonnihil remanentes, aut ab ea excusantes.

§. I.

## §. I.

### Quid sit Solutio?

1. Solutio capitur largè & præse. Largè accepta denotar quemcumque modum, quò vincula prioris obligationis relaxantur l. satisfactio 52. l. solutionis 54. l. Stichum 95. §. 4. ff. de Solut. eoque sensu verificatur illud germanicum: Anweisung ist ein Zahlung. Lauterb. ad cit. tit. §. 1. Præse accepta significat modum, quò res debita naturaliter præstatur l. siquis 46. in pr. l. solutum 49. in pr. l. siquis 67. h. verborum 107. ff. d. 1. Et in ea significatione (salvata verbum germanicum, priori contractum: Anweisung ist seine Zahlung. Lauterb. d. l. In hacceptione
2. Definitur Solutio, quòd sit actus, quò res debita physicè præstatur.
3. Dixi l. actus, quò res debita. Nam aliud pro alio non potest invito creditori solvi, sed id ipsum, quòd debetur ex obligatione præ-

cedenti, solvendum est pr. Instit. Q. M. T. O. l. mutuum 2. §. 1. in ff. ff. de R. C. l. eum à quò 16. Cod. de Solutione. Interdum verò, si res debita non amplius extet, ac vel culpa debitoris vel ejus periculum sit precepta, præstatur æstimatio l. in re 8. in pr. ff. de Condit. furt. Aut. hoc nisi Cod. de Solutione.

Dixi II. physicè: sic enim Solutio discernitur ab aliis modis, obligationem dissolvendi, quatenus res ipsa naturaliter & actualiter (vel saltem, si non extet, in æstimatione) præstatur: in aliis siquidem modis non res ipsa secundum se naturaliter, & actualiter, sed tantum virtualiter & æquivalenter redditur ex num. 1. & 2.

Dixi III. præstatur. Si res tantum offeratur, regulariter effectum Solutionis non habet, exceptò casu, inferius referendò.

## §. II.

### Quis debeat, aut possitolvere?

8. Solvere tenetur debitor. Nam cujus gratia fuit obligatio contracta, illius Solutione distrahenda & dissolvenda est. Interim, ut Solutio cum effectu procedat, oportet, ut debitor liberam rerum suarum habeat administrationem. Quæ de causa pupilli, furiosi, prodigi, & aliar, sub tutela vel cura constitutæ personæ, non possunt autoritate propriaolvere, sed, si nummi soluti adhuc dum extet, illos vindicare possunt; sin autem bonâ fide sint consumpti, Solutio ex æquitate convalescit l. quidsi 14. §. ult. ff. de Solut. Stryck in usu mod. ad eund. tit. §. 1.
10. Imò non tantum ipse debitorolvere potest, sed etiam alius pro debitor, sive mandatam habeat à debitore, sive non pr. Instit. Q. M. T. O. l. solutione 23. l. si pro me 40. l. solvere 53. ff. d. 1. quoniam Naturalis simul & Civilis ratio permittit unicuique, ut alterius conditionem possitfacere meliorem l. solvendo 39. ff. de Neg. gest. In ordine tamen ad actionem multum interest, an quis solvat pro alio mandante, ignorante, vel prohibente. Si pro mandante: actionem mandati habet l. si remunerandi 6. §. 2. l. Papinianus 28. ff. Mandat. Si pro ignorante; actione negotiorum gestorum ipsi consultum est l. qui servium 41. l. cum pecuniam 43. ff. de Neg. gest. ubi Brunnem. 12. num. 3. Si pro prohibente; nullus ipsi regressus patet adversus debitorem per l. si pro 40. ff. Mandat. & l. ult. Cod. de Neg. gest. quia donasse præstatur. Revidentur dicta in cap. 6. à n. 62. Brunn. d. l. Lauterb. ad cit. tit. ff. de Solut. §. 7. Clariff. D. Franz ad tit. Inst. Q. M. T. O. p. 1. n. 3.
14. An & quando successor in Pralatura vel beneficio Ecclesiastico teneturolvere debita ab antecessore contracta? Practicè & quotidiana est altercatio, in qua notatu dignus est textus in cap. ad hoc 1. de Solutione, ibi: sicut filius debita patris, ita Pralatus sui prædecessoris pro necessitate Ecclesiæ contracta teneturolvere. Unde sic licet distinguere: vel antecessor in Pralatura aut beneficio contraxit debita pro necessitate seu utilitate Ecclesiæ, fortè quòd reparari, instaurari, vel ampliari debuerit; vel contraxit pro necessitate vel utilitate propria. Si primum; tenetur successorolvere debita d. cap. ad hoc 1. quia beneficium ad successorem transit cum suo onere arg. cap. ex literis 5. de Pignorib. cujusmodi onus est obligatio, subveniendâ Ecclesiæ & ejus reparationi, restaurationi, vel ampliandi cap. quicumque 1. cap. de bis 4. de Eccles. adificandâ. Si secundum; 17. rursum dispiciendum est, utrum necessitas vel utilitas propria fuerit talis, ut Ecclesiæ fuerit obligata, beneficiato succurrere, puta quòd pauper aut infirmus fuerit; an non. In priore casu tenetur rursus successor antecessoris expungere debitum: cum non minus censetur onus reale & beneficio connexum, quam obligatio, reparandi Ecclesiæ arg. cap. aurum 70. XL. q. 2. & cap. nullus Presbyter 1. de Pignorib. In posteriore casu successor ad nihil obligatur: eò quòd nec Ecclesiæ tenetur beneficiato ad luxum aut pompam quiddam subministrare; nec successor quâ talis obligetur præstare factum defuncti, utpote à quo titulum non habet, sed ex electione, confirmatione, vel investitura Superioris. Ita Covarruv. Var. resol. lib. 2. cap. 15. n. 16. Gonzalez ad cit. cap. ad hoc n. 5. & 6. P. Engel ad eund. tit. n. 18. P. König ibid. n. 8. P. Reiffenstuel n. 16. & 17.

Utrum verò creditor versionem debiti, in utilitatem aut necessitatem Ecclesiæ factam, probare teneatur? Nova est questio, quam incidenter retigimus cap. 3. n. 51. & seqq. Juvat tamen

Aaaa a



tamen breviter sic respondere, quod, si debitu sit contractum auctoritate legitima, nec solum Praetati vel Beneficiati voluntate, sed etiam Capituli vel Superioris assensu, creditor versionem probare non teneatur cap. quod 20 quibusdam 4. de Fidejussorib. Sin autem

privata sit auctoritate contractum, debet creditor onus probandi versionem in se sufficere per cap. gravis illa 1. de Depos. Infirmi ad cit. cap. quod quibusdam n. 7. P. Pirhing ad tit. de Solutionib. num. 13. P. Wiestner ibid. num 45.

§. III.

Cumam sit facienda Solutio?

- 21 Solutio facienda est creditori, vel alteri, qui creditorem ex Legis dispositione representat, videlicet tutori, curatori, procuratori in rem suam, vel habenti mandatum speciale, aut generale cum libera l. vero procuratori 2. in pr. l. qui hominem 34. §. 3. l. solvatur 2249 ff. de Solutione. Qui neque creditor est, neque creditorem ex Legis dispositione representat, ei recte non solvitur, nisi ex speciali conventionne pro Solutione fuerit adjectus hoc vel simili modo: mihi aut Titio spondere solvere? l. quod stipulatus 10. d. l. vero Prauratus. 12. §. 1. & 3. ff. eod.
- 22 tamen non minus actionem mandati contra hunc, qui Solutioni adjectus Solutionem recepit, habet, quam contra procuratorem §. si quis alii 4. Instir. de Instur. stipulat. & ibi Interpretes.
- 23 Sanè nec creditori, cum intento liberationis effectu, recte solvitur, nisi liberam rerum suarum administrationem habuerit l. quod si 14. §. 1. l. solvatur 49. ff. de Solutionib.
- 24 Ut aded, qui pupillo solvit, absque tutoris auctoritate, non liberetur, nisi pupillus consumpserit pecunias, & locupletior evaserit §.

num admonendi 2. Instir. Quib. alienare licet &c. Quin imò plenè non erit securus, nisi decretum Praetoris accesserit, aut, ut loquitur Imperator Justinianus in cit. §. & in l. sanimus 25. Cod. de Administrat. & peric. int. sententia Judicialis per miserit. Lauterb. ad cit. tit. de Solut. §. 14. qui etiam in §. seq. probat, id ipsum procedere, quando Solutio fit immediatè tutori vel curatori.

Num quis creditori sui creditoris, absque hujus mandato, solvere possit? dubitatur. Ego distinguo, num creditor solvens sit in vritus, nec ne. Si illud; perperam illius creditori solvitur l. si servus 108. §. 1. ff. de Legat. 1. Si hoc; Solutio est utilis, ac liberatione operatur vel ipsò Jure, si titulus obligationis respectu utriusque creditoris idem fuerit, ac causa solvendi insisterit l. si liber 36. ff. de Negot. gest. l. solvitur 11. §. 1. ff. de Pigvorat. adition. ubi Brunnen. num. 2. vel saltem opt exceptionionis, si nec titulus obligationis idem, nec causa solvendi adfuerit l. si pro 46. ff. de Doli mali & met. except. & ibi Brun. num. 2. Tit. ad tit. Cod. de Solut. num. 6. D. Franz ad tit. F. Q. M. T. O. p. 1. n. 6.

§. IV.

Quòdnam sit Objectum Solutionis?

- 30 Objectum Solutionis ex num. 4. est res debita. Ubi duo sunt notanda. Primum est, quòd debitum totum, si liquidum fuerit, nec aliud convenerit, simul praestari debeat l. tutor 41. §. 1. ff. de Usur. l. qui Romae 122. in pr. ff. de V. O. l. observatione 9. Cod. de Solut. quia partialis solutio multis incommodis est obnoxia l. planè 3. ff. Famil. hercis. Secundum est, quòd solvenda sit res propria: rem alienam enim si quis solverit, à debito non liberatur; praeterquam ubi creditor rem alienam consumpserit, aut praescripserit l. Cassius 17. l. si quis 46. in pr. l. si alieni 78. ff. de Solut.
- 32 Ceterum quando Solutio, (proptè plerumque sit) est facienda in pecunia, creberimè lites & controversiae occurrunt in praxi, in qua specie monetæ sit facienda Solutio, praesertim ubi valor ejusdem est immutatus? Ut igitur ex principiis juris in ejusmodi dubiis eventibus resolutio peti valeat, distinctè meam opinionem explico, &
- 33 Censeo I. Solutionem in quacunque specie currentis & valentis monetæ fieri posse, si nihil aliud sit conventum: quia in pecunia, quoad usum & commercium humanum, non tam spectatur materia, quam valor per tex-

tum in l. origo 1. in pr. ff. de Contrab. emp. Repeantur scripta in cap. 3. n. 46. Censeo II. si inter contrahentes placuerit, 34 veluti in prioribus saeculis saepissimè factum, ut solvantur auri Rhenani, gute genehune Rheinische Gulden / Solutionem non praesicè in moneta aurea, sed etiam in argentea & usuali fieri posse. Nam ex communi usu loquendi & praxi Romani Imperii per auroes Rhenanos non solum intelliguntur floreni ex auro, sed etiam floreni ex argento, vel aliae pecuniae, in eo valore, qui aureum Rhenanum aequant, acceptae, sicuti pro re certa & notoria tradunt Wehnerus in observat. pract. tit. 6. Verb. Gold & Gulden. pag. m. 247. & seqq. §. hinc tamen omnibus &c. Befoldus in rhes. pract. Verb. Gulden pag. m. 193. Berlich. p. 2. conclus. pract. 37. n. 9. Myning. cent. 1. obs. 65. & obs. 83. num. 2. Et quamquam 36 cit. Wehner. pag. 249. §. quòd si quaratur &c. & Befold. pag. 594. §. limitatur &c. praecedentem doctrinam limitent, quando in conventionne de certo pondere von gutem Gewicht / Schrott / und Korn / facta est mentio, & solutionem in aurea moneta tunc faciendam existimant: nihilominus haec ipsa limitatio 37 patitur

- patitur sublimitationem, quando ratione ponderis facta est relatio ad certum locum aut civitatem v. g. Gold & Gulden / gut von Gold / 38 Grandfurthers Wehrung: tunc enim contrahentes id duntaxat intendisse praesumuntur, ut floreni argentei vel aliae pecuniae solvantur in eo pondere, quò aestimantur & accipiuntur in illo loco vel civitate: nec enim sola moneta aurea, sed etiam argentea ponderari, & si minus habens inventa fuerit, exauctorari solet. Itaque decisum refert Boerius decis. 327. apud cit. Wehner. pag. 261. §. quod item &c.
- 39 Censeo III. occurrente dubio circa mentem & voluntatem contrahentium, ad usum & observantiam respiciendum, & videndum esse, in qua specie moneta fuerint solutae usus: non solum quia generaliter consuetudo & observantia est optima Legum & Conventionum interpres; sed etiam quia specialiter in dubio illa pecunia in obligatione esse praesumitur, in qua diuturnò tempore facta est Solutio arg. l. de invem verso 6. in pr. ff. de Usur. & fruct. ubi Bortol. & DD. alii cum Wehnero cit. l. pag. 261. §. unde &c.
- 40 Censeo IV. ubi moneta, in conventionne determinata, non amplius extat, Solutio nem in alia moneta, quae viget pro illo tempore, praestanda esse, in ea quantitate, quae monetae tempore Contractus definitae, aequivaleret; habità scilicet proportione & aestimatione veteris monetæ, cum respectu ad lucrum cessans & damnum emergens arg. cap. olim causam 20. ubi Gonzalez n. 4. cap. cum Canonice 26. de Consil. Gonzalez ibid. n. 3. & seqq. P. Engel ad tit. de Solution. num. 13. §. primo igitur casu &c.
- 41 Censeo V. in casu, quò valor intrinsecus monetæ an Schrot und Korn fuit immutatus, ac nominatim inter partes contractum, ut restituantur v. g. auri, tales & tot aureos in specie seu individuo philosophico restituendos esse, quales & quot accepti sunt; aut saltem tot & tales aureos, quot bonitatem acceptorum auroeorum pro tempore Contractus aequant. Ita Covarruv. de Peter. Nummismat. Collat. cap. 7. §. un. n. 2. Gail. 2. obs. 73. n. 2. & 3. Engel cit. l. Stryck in usu mod. ad tit. de R. C. §. 12. D. Fleck in Biblioth. Far. lib. 3. tit. 58. n. 73.
- 42 Ratio est: quia creditor tantum est restituendum, quantum dedit. Sed non restituitur tantum, quantum creditor dedit, nisi restituantur auri ejusdem valoris intrinseci, quales accepti sunt, aut faltem aliquod auctarium superaddatur. Ergo &c.
- 43 Hinc in l. debitorum 99. ff. de Solution. Paulus optimè respondit: debitorum non esse cogendum, in aliam formam nummos accipere, si ex ea re damnus aliquod passurus sit. Brunnen. ib. n. 1. & 2.
- 44 Censeo VI. quando, manente eadem bonitate intrinsecà, solummodò valor extrin-

secus pecuniae fuit auctus aut diminutus, atque ex conventionne partium certus numerus seu certa corpora & individua philosophica de aureis vel thaleris determinata, in Solutione tot numerò aureos vel thaleros, seu tot corpora & individua debere restitui. D. Fleck cit. l. Ratio est: quia creditor in simili hypothesi periculum pecuniae in se recipisse creditur: adeòque non solum consodium sed etiam incommodum in ipsum redundat. Exceptionem tamen facit P. Engel ubi supra 50 in verb. quod igitur artinet &c. quando mutatio pecuniae est excessiva, sicuti anno 1620. thaleri valor ad 10. florenos excrevit: exlittimant enim, temperamento iudicis tunc esse locum, ut neque creditor nimium lucrum, neque debitor nimium damnum sentiat. Censeo VII. quando nihil speciale actum est inter partes, sed in genere conventum, ut v. g. pro centum florenis aut thaleris mutuo datis totidem restituantur, ex communi sententia Solutionem esse faciendam juxta valorem pecuniae, qui fuit tempore Contractus, seu, quod idem est, non praesicè tot corpora, quot accepta sunt, sed tantundem & tot corpora esse restituenda, quod in suo valore aequivalent corporibus, antea acceptis. Wehner cit. l. pag. 255. & 52 seq. Ferdinandus Waizenegger in Quest. monetar. q. 3. per tot. P. Engel cit. l. verb. circa alterum &c. Gonzalez ad cit. cap. cum Canonice 26. de consil. num. 6. & 7. Lauterb. ad tit. ff. de R. C. §. 3. & seqq. D. Fleck cit. l. n. 23. Ratio est: partim quia Solutio ita est facienda, ut creditori nec quidpiam abis, nec quidpiam ultra summam debitam addit l. in perpetuum 61. ff. de Solution. partim quia in pecunia non tam consideratur corpus & substantia, quam valor ex num. 38. partim quia debitor sit dominus pecuniae, non solum in Contractu mutui juxta l. nummum 2. §. 2. ff. de R. C. sed etiam in Contractu censuali seu emptione censùs arg. l. origo 1. in pr. l. cum manu 80. §. ult. ff. de Contrab. emp. sicque commodum & incommodum, incrementum & decrementum ad ipsum pertinet arg. l. usufructus 4. ff. de Usufruct. l. pignus 9. Cod. de Pignorat. act. Illud ex pralaudato D. Waizenegger d. q. 56 3. n. 10. adverteo, quòd am ex DD. huic sententiae verbotenùs dissentire, dum scribunt, in hac specie tempus Solutionis esse spectandum; non tamen aliud in re ipsa docere: quia tempus solutionis ideo spectant, ut intelligamus, Solutionem esse faciendam secundum valorem pecuniae, quem habet tempore Solutionis; licet ea tantum quantitas, quae tempore Contractus credita fuit, solvenda sit: ut proinde qui 100. ducatos ante vicenium accepit mutuos, satisfaciatur, si modò restituat 300. florenos, qui aequant valorem 100. ducatorum, olim mutuo acceptorum.



§. V.

Quis modus in Solutione servari debeat?

19 **U**T Solutio fiat debito modo, legitimum tempus est observandum, & locus. Quod attinet tempus, pendendum est, an certus dies pro Solutione fuerit adjectus; an non.

Si prius; die statuto Solutio præstari debet: alioquin debitor statim in mora constituitur, die pro homine interpellante l. magnam 12. Cod. de Contrah. & committ. 61 iud. Sripulat.

Si posterius; Solutio differri potest, usque dum debitor à creditore ad solvendum urgeatur per textum in l. debitorum 10. Cod. de Pignorib. ibi: debitorum presentibus denuntiationibus conveniendi sunt: debitor enim tunc prudenter valet præsumere, creditorem ob dilatatam Solutionem non esse invitum. P. König ad tit. de Solut. num. 27. D. Franz ad tit. Inst. Q. M. T. O. p. 1. num. 13. in fin.

62 Nec obloquitur textus in l. in omnibus 14. ff. de R. F. ibi: in omnibus obligationibus, in quibus dies non ponitur, presenti die debetur. Aliud enim est, rem deberi in presenti; aliud, debitorem obligatum esse, ut res statim solvatur. Illud indubiè procedit in debito, indefinitè contracto; hoc non aliter, nisi fiat interpellatio: nec enim in mora constituitur, qui nec interpellatur à die, nec ab homine.

63 Postet etiam reponi, debitorem per se loquendò statim ac de presenti solvere debere; per accidens tamen excusari à Solutione, priusquam interpelletur à creditore, quatenus ille rationabiliter præsumitur, in dilationem Solutionis consentire.

64 Exquires autem: an creditor ante tempus conventum possit exigere Solutionem?

Resp. id regulariter fieri non posse: quoniam, ut dictum in cap. 1. num. 259. ubi de certo tempore in Pactis vel Contractibus est conventum, ante temporis adventum dies non venit, nec potest debitum efficaciter, ac citra poenam plus petitionis, à debitore peti cap. un. de Plus petis. §. si quis 33. Instit. de Al. 65

65 Casum duplicem excipit Stryck in usu mod. ad tit. de Solutione. §. 13. Unus est, quando debitor de fuga se facit suspectum: tunc enim

ante Solutionis diem apprehendi, & arrestari potest, donec caveat de solvendo in diem. promissum. Alter est, quando debitor ex mutuo usuras conventas non pendit: siquidem non usuras solum pro tempore præterito, sed etiam fors capitalis repeti potest.

Scilicet ab eis in super; posttine debitor ante 66 terminum elapsum solvere?

Resp. id regulariter affirmandum esse: nam plerumque certus terminus Solutioni præfigitur in commodum & gratiam debitoris; cui proin renuntiare, & ante terminum solvere potest creditori, qui propter anticipationem seu repræsentationem Solutionis regulariter majus commodum quam incommodum sentit. Textus in l. quod certa 70. l. qui res 98. §. 4. ff. de Solutione. l. stipulatio 38. §. 16. l. continuus 137. §. 2. ff. de V. O.

Quodlibet tamen præfixio certi termini in favorem creditoris feret (quod in dubio non præsumitur, sed à creditore probandum est) aut conventum foret, ut Solutionem resignatio. vel interpellatio, vulgò die Post, oder Aufständigung præcedat, Solutio non potest fieri ante terminum exactum aut factam resignationem l. cum qui 15. ff. de Annis legat. Zoëf. ad tit. ff. de Solut. n. 31. Lauterb. ibid. §. 28. Stryck §. 14. D. Franz cit. l. n. 14.

Locus faciendæ Solutionis vel determinatur à partibus, vel non. Si primum; statum conventioni, nec alio in loco, citra mutuum consensum, fieri potest Solutio l. si quis 9. ff. de eo, quod certo loco etc. l. ob signatione 9. Cod. de Solut. præterquam si iusta interveniat causa, & lo- 69 cus, pro Solutione destinatus, vel non tutus, vel devaluatus, aut accessu sit difficilis per l. usuras 8. Cod. d. t. Brunn. ibid. n. 2. Lauterb. cit. l. §. 30.

Si secundum; Solutio, que debetur ex delicto, fieri debet in loco, in quo creditor commoratur: utpote cum ex toto sit indemnus servandus. König cit. l. num. 23. Si autem Solutio debeatur ex Contractu, faciendæ est in loco domicilii creditoris ordinarii. Lauterb. cit. l. §. 30. Recapitulentur dicta in lib. II. tract. I. cap. 3. n. 135.

§. VI.

Quis effectus sit Solutionis?

71 **E**ffectus Solutionis ex parte creditoris est, quod rei solutæ fiat dominus, si & ipsemet solvens dominium habuerit per num. 31. aut saltem usucapiendi conditionem acquirat

72 l. pro soluto 46. ff. de Usurpat. & usucap. Ex parte debitoris effectus est, quod prior obligatio, tam Naturalis, quam Civilis, tam principalis, quam accessoria tollatur ipso Jure princ. Inst. Q. M. T. O. l. in omnibus 43. l. Stichum 95. 73 §. 4. ff. de Solutionibus.

Unde nascitur l. exceptio Solutionis, quæ tamen, cum facti

fit, non juris seu actionis, tantum est impropria. Nascitur II. jus repetendi chirographum, antecedenter creditoris datum, per conditionem sine causa l. ut. Cod. de Solut. l. dissoluta 2. Cod. de Constit. ex lege etc.

74 Na- 75 scitur III. facultas petendi apothecam, seu quietantiam à creditore, vel ab ipso, vel ab alio ejus mandato & nomine subscriptam per l. pecunia 14. Cod. de Solut. Vid. Brunn. ad eand. l. à num. 1. Lauterb. cit. l. §. 31. Eckold ad 4. l. §. 9.

Quid

76 Quid verò agendum, si debitor in tempore creditori solutionem offerat, is autem accipere recuset?

Resp. debitori fas esse, rem debitam vel apud ipsum creditorem aut ejus procuratorem, tutorem, ac curatorem; vel apud Judicem deponere, eò effectū, ut depositio vim legitimæ Solutionis habeat, & periculum pecuniæ spe&et ad creditorem l. qui decem 72. in pr. ff. l. ob signatione 9. Cod. d. t. l. si creditur 6. l. 77 acceptam 19. Cod. de Usur.

Antequam verò pecunia deponatur actu, in præsentia creditoris, aut, illò absente, in præsentia Judicis vel testium numerari & ob signari solet, ut constet, an totum debitum fuerit oblatum. Zoëf. ad tit. ff. de Solut. n. 35. & seqq. Eckold ibid. §. 10. & seq. Lauterb. cit. l. §. 36. & plur. seqq. Stryck cit. l. §. 15. & seqq.

78 In quam porrò causam Solutio sit imputanda, quando aliquis ex pluribus causis debet, & dum solvit, non exprimit, ex qua causa id fecerit? Explanatur in l. quoties 1. l. ceterum 3. cum 2. seqq. l. cum ex pluribus 97. ff. l. in potestate 79 i. l. Cod. de Solutionibus.

Nempe in arbitrio quidem est creditoris, ut, in quam causam imputetur Solutio, determinet; attamen hoc arbitrium eatenus est restrictum, ut non agat aliter in causa debitoris, ac si ageret in causa propria, & semper in causam duriorè & difficiliorem, quæ v. g. annexam habet hypothecam, pignus, fideiussionem, infamiam &c. Solutionem imputet. Zoëf. ad ff. d. t. n. 33. Lauterb. §. 34. & seq. Stryck §. 20. D. Fleck in Biblioth. Jur. lib. 3. tit. 58. n. 4. & seqq.

80 Ceterum sunt aliqua, quæ exulant à Solutione, aut eam non nihil remorantur. Excusat vel maximè impotentia, non tantum in foro poli, sed etiam in foro fori, dum inanis appellatur actio, quam debitoris inopia excludit l. nam is 6. ff. de Dolo malo. adeò ut, si quis ex adversa fortuna redactus sit ad incitas absque propria culpa, ne quidem in carcerem talem compingi possit, veluti probat egregiè D. Manz in Parroc. debitor. decad. 1. q. 5. n. 62. qui etiam in quest. 7. enumerat pet-

sonas, quæ, licet ex culpa propria pervenerint ad egestatem, attamen à poena carceris liberantur.

Solutionem non nihil remora- 81 tur l. rescriptum moratorium, quò debitoribus, ex infortunio depauperatis, quinquagenaes conceduntur inducie, ne à creditoribus interea molestantur. Conscriptæ de similibus Rescriptis integrum tract. D. Guilielmus Antonius de Freundeberg. II. Va- 82

ria exceptiones dilatorie; quibus accenseri potest exceptio competentie, tum Clericis in cap. Odoardus 3. de Solutione. indulta, acque in rr. l. p. 1. cap. 1. n. 214. explicata tum filiis-familias in tit. ff. Quod cum eo, qui in aliena pot. in casu, quò proper Contractus, durante patria potestate initos, conveniuntur, tributa; tum aliis, de quibus in Lib. II. cap. 12. n. 206. concessa, ratione cujus ejusmodi persona non coguntur ultra vel plus solvere, quam facere possint, deductâ congruâ & competenti sustentatione.

III. cessio bonorum, quâ 83 debitor obærat, qui non amplius satisfacere possunt creditoribus, illis omnia sua bona relinquunt, ut, quantum fieri potest, quilibet saltem aliquid (nisi præcedant creditores hypothecarii vel aliis privilegiati) pro rata acquirat, & debitor, salvâ existimatione, à carcere & alio cruciatu molestiæ liberetur. r. t. ff. & Cod. de Cess. bonor. Manz in Parroc. Debitor. decad. 2. q. 6. per tot.

IV. benefici 84 cium Nov. 135. cap. 1. ubi debitores, qui sine propria culpa, casu vel sinistra fortunâ, bonorum jacturam sunt passi, si juratò affererent, se neque pecunias, neque media ad solvendum æs alienum habere, ac, si venerint ad pinguiorè fortunam, creditoribus velle satisfacere, sine cessioe bonorum ab ulteriori molestia eximuntur.

Ut adeò cessio bonorum post illam Nov. rariò esse cæperit, nec utilitatem amplius afferat, nisi depauperatio cum aliqua culpa & negligentia (non tamen latâ vel supinâ) contigerit, eaque propter salubre remedium cit. Novell. apprehendere non liceat. Manz cit. decad. 2. quest. 1. num. 161.

SECTIO II.

De Compensationibus.

SUMMARI A.

85. Compensationis etymon. 86. & seq. Homonymia. 88. Definitio. 89. Est debiti & crediti. 90. Inter se contributio. 91. & seq. Alia est propria, alia impropria. 93. & seqq. Alia publica, alia occultæ. 96. & seq. Statuuntur persona compensantes. 98. & seqq. Qui juravit, se soluturum, potest compensare. 103. Interdum & ille, qui Compensationi renuntiavit. 104. & seqq. Fidejussor potest in Compensationem deducere, quod debetur principali. 107. Non autem econtrâ. 108. & seq. Procurator non potest pro se compensare, quod debetur principali. 110. & seq. Nisi sit procurator in rem

suam. 112. & seq. Qui etiam Compensationem illius, quod debet cedens, admittit et tenetur. 114. & seq. Alius pro alio compensare non potest. 116. Ponitur obiectum Compensationis. 117. & seq. Debita compensabilia debent esse liquida. 119. Pura. 120. Tendunt ad res. 121. Fungibiles. 122. & seqq. Non autem ad species. 125. Nec etiam ad quantitates diversis generis & qualitatis. 126. Datur tamen in his casibus retentio. 127. Compensationis procedit etiam in actionibus realibus. 128. & seq. Item in debitis ex delicto. 130. & seq. Non procedit in debitis fiscalibus quoad diversas



versas stationes. 132. Neque in debitis anone publica. 133. Neque in debitis tributorum. 134. Neque in debitis vecligalium. 135. Neque in debitis ex calendario. 136. Neque in debitis ex emptione, cum Fisco celebrata. 137. & seq. Neque in debitis alimentorum, salario- rum, aut fideicommissi civitatis. 139. & seq. Neque in decimis. 141. & seq. Neque in spo- lio. 143. & seq. In dote procedit Compensatio propria, non autem impropria. 145. Compensatio fit ipso Jure. 146. Etiam si sit impropria.

147. & seq. Debet tamen allegari coram Judi- ce. 149. & seq. Potest etiam post sententiam allegari. 151. Quid Juris, si Juxta illius rationem non habeat? remissive. 152. & seq. Compensationis effectus dilucidatur. 155. & seq. Ulterior illius explanatio. 159. & seq. Habetur pro Solutione in revalor. 161. & seq. Et in emphiteusi. 163. & seq. Effectus Compensationis impropria. 165. & seq. Illius causa. 169. & seq. Non attenditur in debito illiquido, quando praestatur idonea cautio.

§. I.

Quid est quomplex sit Compensatio?

EX modis, praecedentem obligationem tollendi, non minimus aut rarus, sed celebris & frequens est Compensatio, cujus etymon à verbo compensare derivatur. Compensare autem apud Veteres idem erat, ac simul pensare, seu simul lanci appendere res rude & non-signatas, quò tunc utebantur. Lauterb. ad tit. ff. de Compensat. §. 2. Miller ad Struv. exercit. 20. th. 13. lit. a. Praenob. & Clariff. D. Collega, Franciscus Ignatius de Wolleren in praclaro tract. de Compensat. cap. 1. n. 4. & 5. Accipitur latè & strictè. Latè accipitur pro quacunque rerum diversarum adaequatione vel commensuratione; veluti contingit in societate, ubi compensatur damnum & lucrum §. de illa 2. Inst. de Societ. in donatione in solutum, ubi creditor rem aliam, loco solutionis, recipit l. si ex ea 6. Cod. de R. l. l. si opo- 87 ras 20. Cod. de Solutionib. Strictè accipitur pro adaequatione vel contributione mutuo- rum debitorum inter se l. compensatio 1. ff. de Compensat. ac subinde pensatio l. quod in 7. §. 1. ff. d. r. reputatio l. contrarium 1. §. 4. ff. de Contr. tut. act. item deductio l. si constan- te 24. §. 6. ff. Solutio matr. nominatur; germanicè Abzug / Abrechnung / Aufgleihung / Widerlegung / D. de Wolleren d. l. n. 9. Definitur in cit. l. compensatio 1. à Jcto Herennio Modestino, quòd sit debiti & crediti inter se contributio. Dixi I. debiti & crediti. Ubi creditum & debitum accipitur latissimè, & id omne comprehendit, quod ex quacunque causa debetur arg. l. creditores 10. & 2. seqq. ff. de V. S. Dixi II. inter se contributio; hoc est, collatio & sublatio mutui debiti, quatenus est mutuum; adeò ut, si tibi debeam viginti, & tu mihi 30. debitum quoad viginti censetur extinctum, & solummodo decem restare credantur. Ex quo simul patefit discrimen inter Compensacionem & solutionem: per solutionem

namque ex n. 6. res debita praestatur actualiter & naturaliter; per Compensacionem verò res debita tantum virtualiter & æquivalenter redditur. Clariff. D. de Wolleren cit. l. n. 20. ubi etiam in nuns seqq. reliquis differentias à negotiis, Compensacioni vicinis, enumerat. Dividitur Compensatio I. in perpetuam & 91 temporalem. Perpetua (quam etiam vocant directam) est, quæ mutuum debitum usque ad quantitatem concurrentem diminuit. Temporalis (quæ etiam indirecta vel retentio nominatur) est, quæ non tam debitum minuit, quam alterius actionem vel exactionem ad tempus longius differt. Sed quia so- 92 lum Compensatio prior genuinum Compensacionis indolem participat; posterior autem multum ab ea degenerat: hinc illa rectissime Compensatio propria; hæc Compensatio impropria nuncupatur. Lauterb. cit. l. §. 4. D. de Wolleren d. l. n. 33. Dividitur II. Compensatio in publicam & 93 occultam. Publica, quam in presenti tractamus, est, quæ suum effectum exerit in foro externo & interno. Privata, quæ solummodo 94 ad suum effectum operatur in foro interno; nec proinde consideratur in presenti: si enim quis alium sibi debitorem ex quoque titulo habeat, nec tamen ab eo, propter difficultatem conveniendi aut probandi, debitum, consequi valeat: potest vel debitori occultè rem aliam surripere; vel, si rem aliquam jam possideat, retinere. Ita cum S. Th. & Theologis Abbas in cap. sicut 29. de Furejur. n. 14. & 15. Sylvester verb. furtum q. 13. Lessius de F. & J. lib. 2. cap. 27. n. 16. P. Engel ad tit. de Solut. num. 15. P. Reiffenfluel ibid. num. 64. Cautè tamen hic agendum esse, sapienter 95 monent Authores memorati, ne scandalum generetur, aut, si res innotescat, compensans, tanquam fur aut prædo, coercetur.

§. II.

Quinam compensare possint?

COMPENSARE possunt, qui inter se mutui creditores & debitores sunt. Nec attenditur, quales sint, adeò ut nec excommu-

nicati de Jure Canonico repellantur: utpote cum etiam excipere permittantur; nec banniti arceantur de Jure Civili, si bona quædam possi-

possidere supponantur; nec etiam excludantur, qui speciali pacto se ad solutionem debiti adstrinxerunt: eò quòd compensare idem in acceptione Juris sit, ac solvere l. si debitor 4. ff. Qui potior. in pign. l. si constat 4. Cod. de Compensat. Stryck in usu mod. pand. ib. §. 13. Ambigitur autem I. an, qui juravit, se soluturum, compensare possit, non quidem si debitum activum juranti post juramentum superveniat (tunc enim juramentum ad rem incognitam porrigi non videtur) sed, si tempore juramenti jam adfuerit debitum mutuum & reciprocum? Negant Struv. d. exercit. 20. th. 27. Miller in not. ib. lit. n. Lauterb. cit. l. §. 6. D. Fleck in Bibliothec. lib. 3. tit. 59. num. 33. quorum ratio est: quia juramentum tale, cum servari possit absque dispendio salutis, debet servari; veluti servandum est juramentum, quò debitor promittit utrasque partes 6. de Furejur. Atqui juramentum non servatur, si tantum Compensatio fiat, & actualis solutio non praestetur; sicut non servatur conditio de danda quantitate, quando haeres id, quòd prestare debuisset legatario, acceptum fert l. Julianus 45. ff. de Condition. & demonstrat. Affirmant Covarr. in relect. cap. quamvis pactum 2. de Pact. in 6. p. 1. §. 4. n. 16. & seq. Faciun. lib. 1. contr. cap. 7. Zoëf. ad tit. de Compensat. n. 19. Clarissimi DD. Collège D. de Wolleren cit. r. de Compensat. cap. 2. n. 21. & seqq. D. Franz in Jurisprud. quinquag. q. 11. n. 5. Stryck cit. l. §. 12. Ratio fortissima est: quia, qui jurat, se soluturum, non intendit se ad aliquid de novo obligare, sed tantum obligationem veterem magis firmare: quia scilicet juramentum non immutat, sed sequitur naturam actus, cui apponitur: adeoque non intendit excludere Compensacionem, quæ, cum antecedenter, stante obligatione ad solvendum, potuerit opponi: eò quòd nihil interit, solverit quis, an pensaverit, ut dicitur in cit. l. si debitor 4. ff. Qui potior. in pign. nunc quoque, superadditò juramento, poterit opponi. Ad rationem adversam Resp. juramentum servari debere, in quantum exigit natura objecti jurati, & intentio jurantis ad illud extenditur: atqui natura objecti jurati & intentio jurantis nihil aliud exigit, quam ut solvatur, quòd promissum est, vel actualiter vel virtualiter seu æquivalenter: adeoque satisfit juramento, si modò debitor utatur Compensacione, per quam virtualiter & æquivalenter præstat rem promissam. Nec quidquam movet in oppositum instantia de acceptatione: præterquam enim, quòd hæc imaginaria tantum & ficta solutio compelleretur, eaque propter ab acceptatione ad Compensacionem, quæ Solutioni æquivalet l. si constat 4. Cod. de Compensat. bonum argumentum non ducatur; insuper ex mente testatoris in cit. l. Julianus 45. legatarius ad factum solutionis, naturaliter, & in individuo præstandum, obligatus erat; & hinc per acceptationem, quæ factum solutionis naturaliter & in indivi-

duo non præstatur, menti testatoris satisfieri non poterit. Ambigitur II. possitne quis Compensatio- 103 ni renunciare? Resp. quòd, cum respiciat privatam creditoris utilitatem per renunciationem omnino tollatur; etsi subinde ex magna aequitate renuntiatio non admittatur, ut docuit Andreolus Controv. 215. d. n. 3. puta, si quis, non habens alia media, ex quibus creditori satisficiat, in casu non factæ solutionis constringeretur in carcerem: nam miserationis gratia quandoque nolentibus præstatur cap. ipsa pietas 24. §. si duo XXIII. q. 4. & humanitatis ratio suadet, ut interdum personis etiam reitibus succurratur per textum in l. non tantum 6. ff. de Appellat. Ambigitur II. an reus principalis & fide- 104 jossor possint in Compensacionem deducere, quòd unè ex ipsis debetur à creditore? Resp. I. fidejussorem in Compensacionem deducere posse, quòd reo principalis debetur à creditore. Textus in l. verum 4. & l. si quis 5. ff. de Compensat. Ratio est: quia Com- 105 pensatio est exceptio & prærogativa realis, quæ non tantum proficit reo principali, sed etiam fidejussori; quatenus ipsius rei principalis interest, debitum ex parte fidejussoris sublatum, aut diminutum esse, ne, si ipse solverit, regressum contra principalem instituat. Nec quaerendum hic: utrum reus 106 principalis volens sit, aut invitus; gnarus, aut ignarus: nam, ut dicitur in l. stipularius 35. in pr. ff. de Fidejussorib. invito reo, exceptio fidejussori dari debet: interest enim ejus, pecuniam retinere potius, quam salutam stipulatori à reo repetere. Mev. part. 1. decis. 116. & p. 2. decis. 216. & p. 4. decis. 17. Brunn. ad cit. l. verum 4. n. 1. & seqq. Struv. cit. exercit. 20. th. 25. Miller ibid. lit. a. D. de Wolleren cit. l. n. 32. & seq. & n. 35. Resp. II. reum principalem, à creditore 107 conventum, non posse id compensare, quòd fidejussori debetur à creditore. D. de Wolleren d. l. n. 34. Ratio est: quia prærogativa & privilegia fidejussoris reo principali non sunt communia; nec pactum fidejussoris prodest reo principali: hic enim adversus illum non habet actionem vel regressum l. fidejussoris 23. ff. de Pact. Ambigitur IV. utrum procurator in Com 108 pensacionem possit deducere, quòd ipsis principali debetur? Resp. I. procuratorem in rem alienam non posse in Compensacionem deducere, quòd ipsis principali debetur, nisi conveniatur nomine principalis. Textus in l. ejus 9. Cod. de Compensat. ibi: ejus, quòd non ei debetur, nisi conveniatur, nulla est Compensatio. Ratio est: 109 quia procurator in rem alienam nec obligationem acquirit sibi, nec quòd exigit à debitore, servare potest: unde nec compensare permittitur in suam utilitatem, quòd principali debetur: quippe cum in effectu obliga-



tionem sibi quaesitam haberet, & debitum, à debitore exactum, sibi servare posset. Lauterb. ad tit. ff. de Compensat. §. 11. D. de Wolleren cit. l. num. 39. & seqq. D. Franz cit. q. 11. num. 12.

110 Resp. II. procuratorem in rem suam, à debitore cesso conventum, posse debitum sibi cessum aequè ac cedentem in Compensationem deducere. Textus in l. in rem 18. in pr. ff. de Compensat.

111 ff. de Compensat. Ratio est: quia procurator in rem suam debitum cessum sibi quaesitum habet, idque per actionem utilem nomine proprio, & per actionem directam nomine procuratoris valet exigere ex cap. 2. num. 52. ergo etiam compensare non prohibetur. Struv. cit. th. 25. Miller ibid. l. l. & seqq. Lauterb. d. §. 11. D. de Wolleren cit. l. num. 43. & seqq.

112 Resp. III. debitorem cessum, à cessionario seu procuratore in rem suam conventum, posse vicissim compensare, quod ipsi debetur à cedente, ante cessionem. Ita Brunn. ad

tit. l. in rem n. 1. D. de Wolleren cit. l. n. 49. Stryck in usu mod. ad tit. de Compensat. §. 6. Ratio est: quia debitor cessum potuit compensare, quod ipsi debebat cedens, ante cessionem: ergo etiam compensare potest post cessionem, quippe quæ conditionem illius non poterat reddere deteriorem.

114 Inferitur ex dictis: alium pro alio compensare non posse; indeque nec maritum rectè compensare, quod debetur uxori; nec tutorem compensare, quod debetur pupillo; nec pupillum compensare, quod debetur tutori. Textus in cit. l. in rem 18. §. 1. l. cum militi 16. in pr. ff. l. eius quod 9. Cod. de Compensat. D. de Wolleren cit. l. à n. 51. usque ad fin. Quin 115 & si Civitas aut Collegium aliquid debeat, civi vel collegæ non potest opponi Compensatio; & vicissim. Lauterb. cit. l. §. 9. Stryck ibid. §. 14. quia, quod debet Civitas, aut ipsi debetur, non debet singulis civibus, nec ipsis debetur l. sicut 7. §. 1. ff. Quod cuiusvisque Universitatis nomine &c.

§. III.

In quibus debitis & causis procedat Compensatio?

116 Objectum Compensationis sunt mutua debita, sive naturalia tantum sint, sive civilia tantum, sed efficacia; sive sint mixta. Textus in l. etiam 6. l. quacunque 14. ff. l. ex causa 2. Cod. de Compensat. D. de Wolleren d. tract. de Compensat. cap. 3. à n. 11. D. Franz cit. q. 11. n. 31.

117 Debent autem debita compensabilia I. esse liquida §. in bona 30. Inst. de Actionib. l. si constitut. l. ult. §. 1. Cod. de Compensat. qualia sunt, de quibus constat vel ex confessione debitoris; vel ex celeri probatione, per testes & instrumenta, quæ, si hodiernis moribus intra terminum probatorum expediri valeat, satis celeriter fieri censetur. Stryck in usu mod. ad cit. tit. §. 4. Videantur etiam Vinn. Select. quas. l. 1. cap. 50. Lauterb. ad tit. de Compensat. §. 23. D. de Wolleren d. cap. 3. à

118 num. 28. D. Franz cit. q. n. 37. Debita illiquida non possunt in Compensationem deduci per modum exceptionis, quando lis ratione alterius debiti jam fuit contestata; at verò, si lis necdum sit contestata, etiam illiquida debita per modum exceptionis in Compensationem deducuntur per cit. l. ult. §. 1. & DD. nominatos.

119 II. Debent huiusmodi debita esse pura, non conditionata, vel in diem certum restricta l. quod in diem 7. in pr. l. cum militi 16. §. 1. in fin. ff. de Compensat. Antequam enim dies existat, debitum non potest exigi in actu secundo; & antequam ponatur conditio, necdum est debitum in actu primo: ideò prorsus inepè trahitur in Compensationem. D. de Wolleren cit. l. n. 68. & seqq. D. Franz num. 38.

120 III. Debent debita compensabilia pro objecto habere res: nam facti ad factum, cum

nulla censeatur esse proportio, nulla est Compensatio arg. l. inter artifices 31. ff. de Solut. Lauterb. ad cit. tit. de Compensat. §. 13.

IV. Ipsæmet res debite debent esse fungibiles vel quantitates: cum enim Compensatio vim habeat & effectum solutionis, res compensabiles tales sibi oportet, ut una pro altera possit solvi invito creditori arg. l. mutuum 2. §. 1. ff. de R. C. Solæ autem res fungibiles & quantitates sunt tales ex cap. 3. n. 33. & seqq. Ergo &c. Borcholt de Compensat. cap. 2. n. 9.

Hinc I. non potest compensari species cum quantitate; nec, si tu mihi debeas fundum, & ego tibi debeam mille florenos, Compensatio respectu fundi & 1000. floren. procedit per l. si convenerit 18. in pr. ff. de Pignorat. act. l. grege 13. §. 2. ff. de Pignorib. quippe cum mihi non satisfacias, si mille pro fundo, adhuc existente, numeres arg. l. in vitium 11. Cod. de Contrab. empt. II. 123

non potest compensari species cum specie v. g. equus cum equo per citatos textus & rationem: quia, ubi species est in obligatione, illa ipsa, & non alia est solvenda. Si tamen 124 aut species foret perempta, & illius locò deberetur æstimatio; aut, si species esset debita in genere, velut si mihi debeas equum aliquem indeterminatum ex empto, & ego tibi ex legato, procedit Compensatio: cum etiam solutio procedat.

III. non valet Compensatio in ipsis quantitatibus, nisi debeantur in eodem genere, & in eadem qualitate v. g. vinum utrinque Austriacum: nec enim solutio possit aliter fieri, quam in eodem genere & in eadem qualitate. Conferantur Borcholt cit. cap. 2. à n. 10. Struv. cum not. Milleri d. exercit. 20. th. 17. & seqq. Clarif. D. de Wolleren cit. cap. 3. à num. 137. Clarif. D. Franz.

126 Franz sæpe cit. q. 11. n. 13. & seqq. In his tamen & aliis casibus Compensationem, temporaneam, indirectam, & impropiam seu retentionem competere, pro certo mihi persuasum habeo arg. l. si non 26. §. 4. ff. de Condit. indeb. l. compensations 1. Cod. Rev. amot. D. de Wolleren cit. l. n. 202. & seqq.

127 Quæres autem I. utrum Compensatio locum habeat in actionibus realibus?

Resp. affirmative. Ratio est: tum quia in §. in bona fidei 30. Inst. de Act. id aperte declaratur in verb. sed nostra constitutio eadem Compensations: quæ jure aperitur nituntur, latius introduxit, ut actiones ipso jure minuant, sive in rem, sive in personam, sive alias quascunque, excepta sola depositi actione, de qua nos supra in cap. 3. num. 134. tum quia in actione reali potest accedere, ut eadem petatur quantitas, velut si frumentum meum ad Sempronium per errorem sit delatum: tunc enim, si ego vicissim Sempronio debeam frumentum, frumentum cum frumento pro rata compensatur. D. de Wolleren cit. l. à n. 80.

Quæres II. utrum in delictis Compensatio procedat?

Resp. In delictis, formaliter consideratis, Compensationem non procedere; quemadmodum nec in Contractibus, formaliter consideratis, procedit: sic enim non intercedit debitum compensabile; factumque probrosum, quod jam præteritè supponitur, infectum fieri nequit.

At, si delicta considerentur effective, quatenus scilicet, actionem & obligationem pariunt, relaxandi damnum illatum, & solvendi poenam, à Lege præstitutam, Compensatio, suppositis supponendis, respectu partium interfectè procedit; quin etiam respectu Fisci, si agatur criminaliter ad poenam pecuniariam, Fisco applicandam; salva ceteroquin puniendi facultate respectu Judicis l. si ambo 10. §. 2. l. ult. ff. de Compensat. l. auferuntur 46. §. 5. ff. de Jure Fisci. Brunn. ib. n. 4. & seqq. D. de Wolleren cit. cap. 3. à num. 101. Lauterb. d. l. §. 21. Eckold ad tit. de Compensat. §. 3. Fleck in Biblioth. lib. 7. tit. 59. num. 10.

§. IV.

In quibus debitis & causis non procedat Compensatio?

130 A B objecto Compensationis nonnulla debita & causæ remouentur. Sic I. licet alias debita fiscalia Compensationem haud resugiant l. in ea 3. Cod. de Compensat. d. l. auferuntur 46. §. 5. ff. de F. F. Attamen, si debita proveniant ex diversis stationibus seu officiis, Compensatio non admittitur, nec confusio quadam

131 in officiis oriatur l. & senatus 1. Cod. d. l. Unde, si Fiscus aut Camera Principis ob causâ aut vendita ligna pecuniam tibi debeat ex statione gædilita ausum dem Hanz Ambr; tu verò ob aliquot salis modios eadem debeas pecuniam in statione salinaria in dem Salz Ambr; mutua Compensatio locum non habet. Rota Rom. in rec. p. 16. dec. 46. Brunn. ad cit. l. n. 1. & 2. seqq.

132 Sic II. Compensatio est vetita in debitis & causis nonnæ publicæ: qui enim pecunias, ad comparandam & instruendam annonam publicam destinatas, in suam utilitatem convertit, non potest has pecunias cum aliis, quæ ipsi debentur à Fisco vel Republica, compensare l. in eo 3. Cod. d. l. ob negotium 20. ff. eod. d. l. auferuntur 46. §. 5. ff. de F. F. Id, quod hodie ad Curatores annonæ pro exercitu vulgo Proviant Maister, et Commissarii applicandum esse, monet Clarif. D. de Wolleren cit. tr. de Compensat. cap. ult. n. 26.

133 Sic III. Compensatio est interdicta in debitis & causis tributorum wegen Schoss und Schatzung d. l. in ea 3. d. l. auferuntur 46. §. 5. quia Republicæ salus ex solutione tributorum pendit. D. de Wolleren cit. l. n. 31. & 3. seqq.

134 Sic IV. cessat Compensatio in debitis & causis vestigialium, Zoll Mauth Brucken Weg Gelder. Si nempe quis pedagium aut guidagium ob transvectas merces, aut superatum pontem, non solvat, aut etiam mer-

cedem ob conductâ vestigialium non præstet, d. l. in ea 3. verb. neque ex vestigialibus & ibi Brunnemann num. 2. Stryck ad tit. de Compensat. §. 9.

Sic V. sublata est Compensatio in debitis Republicæ ex calendario d. l. in ea 1. verb. si neque ex calendario &c. quando scilicet aliquis sumpsit pecunias mutuas à Republica, exque pecuniarum sunt late in calendarium, seu codicem rationum publicarum, da die gegen baare Wiber Bezahlung aufgelehnthe Gelder verzeichnet seynd. Stryck cit. §. 9.

Sic VI. submota est Compensatio in debitis exemptione, cum Fisco celebrata: nec enim pretium, quod Fisco debetur, cum alia pecunia, quam Fiscus recipere debet, compensari valet l. si ex venditione 7. Cod. de Compensat. Quod ipsum ad alias exemptiones, cum Fisco sub hæta celebratas, extendit D. de Wolleren cit. l. n. 52.

Sic VII. Compensatio reperitur exclusâ in debito alimentorum, quæ præstantur ex publico personis miserabilibus, pauperibus, studiosis d. l. in ea verb. neque alimentorum; item in debito Republicæ statutorum sumptuum, id est, pecuniarum, quas Republica impendit in stipendia & salaria Magistratum, Consiliariorum, Professorum &c. sæpe d. l. in ea 3. verb. neque ejus, quod statutus sumpsit servit &c. Item in debito Civitatis ex causa fideicommissi d. l. verb. neque fideicommissi civitatis debitoris. Brunn. ad cit. l. num. 2. Stryck ubi supra §. 9. qui etiam in §. 10. temperamentum sufficit quoad tributa & annonam, ut, qui casus tributorum credit centum; aut in horreum publicum intulit mille frumenti modios id possit in Compensationem deducere, si tributorum aut annonæ titulo conveniatur.



139 Interrogabis I. utrum in causa decimarum admittenda sit Compensatio, adeo ut, si Parochus aliquid debeat suo Parochiano, is, decimarum nomine conventus, Compensationem obicere valeat?

Resp. negativè. Trentacinq. *Var. resolut. lib. 3. ad tit. de Compensat. resolut. 1. num. 16.* Lauterb. *ad cit. tit. sub §. 8.* D. de Wolleren *cit. tr. cap. 2. n. 28. & seqq.*

140 Ratio est: quia decimæ habent rationem tributorum, dum penduntur DEO in recognitionem supermi domini *cap. tua nobis 26. de Decim. habent rationem alimentorum, dum Parocho in congruo sustentationem deputantur per cap. extirpanda 30. de Prebend. habent rationem stipendii & salarii, dum Ministris Ecclesie propter servitium Divinum præstantur, arg. cap. decimas 1. cap. pervenit 3. XVI. quest. 7. Ergo ex dictis in num. 132. num. 136. & seqq. à Compensatione sunt immunes.*

141 Interrogabis II. utrum in causa spolii attendatur Compensatio?

Resp. negativè. Lauterb. *cit. l. §. 12. D. de Wolleren cit. tr. cap. 3. n. 46. & seq. D. Franz Jurisprud. quintupl. q. 11. num. 30. Textus in l. ult. §. 2. Cod. de Compensat. Ratio est: partim quia spolians de Jure Communi ex l. si quis in tantam 7. Cod. Unde vi amittit dominium rei, quæ alterum spoliavit: partim quia spoliatus, esto dominium probare velit *cap. in luteris §. de Restit. spoliat. l. penult. ff. de Vi & vi arm. l. si quis 7. Cod. ad L. Jul. de vi publ.**

Interrogabis III. utrum Compensatio fiat in dote?

Resp. Compensationem propriam, si termini habiles ponatur, recipi; impropiam verò repudiari. Textus de Compensatione propria est in l. rei judicata 15. §. 1. l. si cum 22. §. 3. l. in his rebus 66. §. 1. ff. Solutio matrimoniorum: Textus de Compensatione impropria in l. un. 144. §. 5. Cod. de R. U. A. ubi Brunnum. *Sub. num. 37. Trentacinq. cit. resolut. 1. n. 18. circa fin. Struv. exercit. 21. ib. 15. Miller ibid. lit. d.*

§. V.

Quæ formæ & modò Compensatio fiat?

145 Compensationem ipsò Jure fieri, decisum extat in §. in bona fidei 30. *Inst. de Act. l. verum est 4. l. posteaquam 21. ff. l. si constat 4. Cod. de Compensat. Senfus est, ab ipso tempore, quò hinc inde mutuo concurret debitum, illud ex toto vel ex parte diminui, vel extinguì, citra factum hominis. Trentacinq. cit. l. n. 24. Lauterb. ad tit. de Compensat. §. 25. Clariff. D. de Wolleren cit. tr. cap. 4. n. 12. & seqq.*

146 Et hoc etiam in Compensatione temporali seu impropria eatenus obtinere, ut v. g. fundus debitus pro parte concurrentis vicarii debiti quasi minuat, & solutione debite quantitatis quasi relui debeat & redimi, patet ex §. Compensaciones 39. *Inst. de Act. l. quod dicitur §. in pr. ff. de Impens. in res dotal. D. de Wolleren d. l. n. 20. & seqq.*

147 Per hoc tamen non excluditur omne prorsus hominis factum, non quidem ad effectum Compensations quoad se, sed quoad compensantes: debet liquidum Compensatio, cum rationem exceptionis habeat, à compensante allegari, & si negetur, aut in dubio vocetur, coram Judice probari *d. §. Compensaciones 39. l. uniusquisque 2. l. quod in 7. §. 1. l.*

149 quoad Labeo 13. ff. de Compensat. Coram.

Judice, inquam: quia de causis controversis & dubiis cognoscere, spectat ad Judicem, & non ad privatum. D. de Wolleren ubi supra num. 43.

De tempore, quò in judicio Compensatio proponenda, non multum est hæsitandum: potest siquidem in omni Judici parte, quin & post Judicium ac rem judicatum opponi *l. ex causa 2. Cod. de Compensat. ibi: cum verò, qui judicati convenitur, Compensationem pecunia sibi debita implorare posse, nemini dubium est. Brunnum. ib. num. 2. Trentacinq. d. l. n. 25. Lauterb. cit. l. §. 28.*

Ratio est: tum quia Compensatio non est exceptio propriè sed tantum improprie dicta; nec tam attingit actionem, super qua judicatum est, quam actionem rei judicatæ. Clariff. de Wolleren *cit. l. n. 53. tum quia Compensatio vim & virtutem solutionis obtinet l. si constat 4. Cod. d. t. ad eoque per oportune obicitur eò tempore, quò victor post rem judicatam solutionem urget.*

Quid Juris, si Compensatio fuerit à parte, allegata, à Judice tamen non attenda? Copiosissimè & solidissimè excussit prælaud. D. de Wolleren *d. cap. 4. à n. 62. quem cum Lauterb. cit. l. §. 27. vide.*

§. IV.

Quis effectus sit Compensationis?

152 Effectus Compensationis est extinctio, sublatio, vel diminutio mutui debiti, quantum est mutuum, ipsò Jure inducta per textum in num. 145. allegatos. Nempe si debitum utrinque sit æquale, ac ego v. g. debeam Titio 100. ex mutuo, & ille mihi debeat 100. ex empto, totaliter extinguuntur & aboletur; sin autem debitum sit inæquale, ac ego v. g. debeam Titio 100. ex mutuo, & ille mihi de-

beat 50. ex empto, debitum meum usque ad 50. minuitur *ad. textibus.*

Nec putes: Compensationem partialem, & inadæquatam tolerandam non esse: quandoquidem nec solutio partialis & inadæquata, cui assimilatur Compensatio, toleratur *ex num. 30. Nam disparitatem ex Clarissimo P. Engel ad tit. de Solut. n. 15. reddit Clariff. D. de Wolleren de Compensat. cap. 5. num. 25. quia*

154 quia in solutione quis solvit alteri; & idèò, si ille, ut ordinariè amat fieri, nolit acceptare solutionem partialem, compelli non potest: in Compensatione autem sibi ipsi quis solvere videtur, dum pecuniam, alteri debitam, retinet, si que non minus compensans sibi met partialiter potest solvere, quam creditor alius si velit, solutionem partialem recipere potest.

155 Deducitur hinc alius Compensationis effectus, quòd scilicet, extinctio vel diminutio debiti principali, debita quoque & obligationes accessoriæ extinguantur, vel diminuantur per *cap. accessorium 42. de R. J. in 6. l. cum principalis 178. ff. eod. l. in omnibus 43. ff. de*

156 Solut. Adeoq. ab ipso tempore concurrentis debiti sinitur cursus usurarum, si ve debitum utrumque fuerit usurarium, si ve unum duntaxat *l. cum alter 11. ff. l. si constat 4. Cod. de Compensat. l. ejus quantitas 7. Cod. de Solut. Liberantur Fidejussores l. verum est 4. ff. d. t. de Compensat. Solvuntur pignora l. in vicem 12. Cod. eod.*

157 Insuper purgatur, & diluitur mora, dum, qui tutus est exceptione perpetuà, non censetur in mora constitutus esse *l. lecta est 40. vers. sed cum & c. ff. de R. C. & l. nulla 88. ff. de R. J. Cellar igitur & pœna, quæ propter moram infligitur. Struv. d. exercit. 21. ib. 27. Miller in not. ib. per tot.*

158 Lauterb. ad tit. de Compensat. §. 25. Denique idem est effectus Compensationis, qui est solutionis *l. si debitor 4. ff. Qui prior. in pign. l. vel permutavit 19. ff. de Liberali causa l. solutionis 54. ff. de Solut. Lampius 15. ff. Rem ratam hab. l. dedisse 76. ff. de V. S. de quo breviter actum in num. 72. & seqq.*

159 In incipiti positum est: utrum in retractu Compensatio habeatur pro solutione, ac, si quis v. g. fundum, à suo fratre cuidam extraneo venditum, retrahere velit eòdem pretio, id, quod ipsi debetur ab extraneo, in Compensationem pretii deducere possit?

Resp. affirmativè. Ita Mevius p. 8. dec. 68. quem sequitur Prænob. & Clariff. D. de Wolleren *cit. tr. de Compensat. cap. 5. n. 58.*

160 Ratio est: tum quia Compensatio quoad effectum generaliter exæquat cum solutione *ex num. 158. tum quia specialiter in emptione-venditione ab alio, quam cum Fisco peractâ, admittitur Compensatio quoad pretium l. si ex 7. Cod. de Compensat.*

161 Incidit dubium aliud: utrum, si emphyteuta canonem non solvat, & dominus eidem ex alio capite sit debitor, incurrat pœnam caducitatis?

Resp. negativè. Sic Lauterb. *cit. l. §. 25. Miller ad Struv. cit. ib. 27. lit. b. D. de Wol-*

leren num. 72. Ratio est: quia & ca. 162 non jam solutus esse reputatur ex eò tempore, quò dominus incipit esse debitor emphyteutæ & mora jam censetur esse purgata ac pœna sublata, ubi jam facta est solutio pro Compensationem.

Hæc de Compensatione perpetua, directâ, 163 & propria. Compensatio temporalis, indirecta, & impropria fere retentio minuit quidem aliquò modò debitum *ex num. 146. non tamen ex toto & in perpetuum id tollit, sed facultatem duntaxat tribuit, rem alienam, quasi pignoris jure, tamdiu retinendi, donec ratione debiti fuerit ex integro satisfactum per l. in autem 27. §. ult. l. sumptus 48. ff. de R. J. l. in hoc judicium 14. §. 1. ff. Communi divid. l. quòd si 31. §. 8. ff. de Edil. ed. l. creditoris 15. §. 2. ff. de Furt. Lauterb. in distut. de Retentione ib. 2. quæ habetur in Distut. Tubing. vol. 3. n. 19. Quin & illis, qui non possident propriè, jus 164 retentionis autem habent, moribus hodiernis remedia quasi-possessoria competere, ac mandata pro defensione retentionis, donec super causa fuerit cognitum, decerni, & si ex possessione impropria fuerint dejecti, remedia spoliatorum concedi, tradunt Mev. p. 3. dec. 43. in f. Hartman. Pistor. obs. 107. n. 6. Stryck in usu mod. ad tit. de Compensat. §. 15.*

165 Causæ retentionis quamplurimæ sunt. Ma- gis obvia sunt I. impensæ, in rem alienam factæ l. quod dicitur 5. in pr. ff. de Impens. in res dotal. II. commoda & emolumenta, 166 quæ occasione rei, à nobis detentæ, domino obvennerunt per l. utere 14. l. si prædium 16. Cod. de Præd. & alius reb. minor. III. damna 167 & incommoda, quæ propter rem alterius aut sustinimus, aut sustinenda timeamus *l. si necessarias 8. §. 1. ff. de Pignorat. act. l. hoc amplius 9. §. 1. & 3. ff. de Damno in f. l. raris §. ff. de incend. ruin. naufr.*

IV. jus pignoris & hypo- 168 thecæ, de quo in tract. de Jure Propriet. cap. 5. num. 242. Struv. d. exercit. 21. ib. 31. & ibi Miller lit. a.

An debitum liquidum esse debeat, ut beneficium retentionis proficit? Non est unanimum mens & opinio. Negat cum aliis citatis Lauterb. *cit. dist. de Retent. ib. 6. Affirmant Mev. p. 2. decis. 309. Brunnum. cent. 3. dec. 21. Stryck cit. l. §. 16. Miller ad Struv. d. l. cum addito, ut dominus, vel qui rem 170 petit, idoneam prius cautionem præstet, quòd defentorem in casu liquidati debiti velit indemnem servare: tunc enim inhumanum & durum videtur, ob debitum incertum & dubium, justam alterius petitionem suspendere *arg. l. in ambiguis 85. §. 2. ff. de R. J.**

SECTIO III.

De Reliquis modis obligationem tollendi.

SUMMARIA.

171. Definitur acceptilatio. 172. Est liberatio. 173. & seq. Per mutuam interrogationem.

175. & seq. Quæ utriusque contingit ab eodem nexu absolutio. 177. Definitur aliter.

Bbbbbb 3 178. &



178. & seqq. Olim stipulatio erat necessaria; hodie pactum nudum sufficit. 181. & seq. Dicitur in simplicem & Aquilianam. 183. & seqq. Aliud est pactum liberatorum; aliud apochis. 187. & seqq. Novatio in genere describitur. 190. Describitur Novatio in specie. 191. & seq. Est modus, quod vetus obligatio. 194. In aliam quamcumque. 195. Transfunditur. 196. & seq. In dubio id non presumitur. 198. Manente eadem debitoris persona. 199. Alia est voluntaria, alia necessaria. 200. & seq. Hac tamen est solum impropria Novatio. 202. Describitur Delegatio. 203. Est modus, quod prior obligatio. 204. Per substitutionem novi debitoris. 205. & seqq. Cum ipsius consensu. 208. Tollitur. 209. & seqq. Respectu debitoris delegati & creditoris novati

produciatur obligatio & actio. 214. & seqq. Respectu delegantis & delegati etiam tollitur antiqua obligatio, si qua subsistit. 215. Alias contra delegantem delegato superest actio mandati. 216. & seq. Creditor non habet regressum contra delegantem. 218. & seq. Duo casus excipiuntur. 220. Delegatio alia est voluntaria, alia necessaria. 221. Verum hoc tantum improprie talis est. 222. Describitur assignatio nominis. 223. & seq. Illius similitudo cum Delegatione. 225. & seqq. Dissimilitudo. 228. & seqq. Mutuus dissensus tollit obligationem, ex solo consensu contractam. 232. & seqq. Idem operatur datio in solutum. 225. & seq. Missio in possessionem bonorum. 237. Confusio. 138. & seqq. Interitus rei debite. 241. Decursus temporis, seu legitima prescriptio.

§. I.

De Acceptilatione.

- 171 **A**D modos obligationem tollendi revocatur Acceptilatio, quæ in l. acceptilatio 1. ff. de Acceptilatione, definitur, quod sit liberatio per mutam interrogationem, quæ utriusque contingit ab eodem nexu absoluto.
- 172 Dicitur I. liberatio, non quod ipsa acceptilatio sit liberatio formaliter talis, sed potius causaliter, quatenus est causa & modus, inducendi liberationem à præcedenti debito per l. verborum 107. ff. de Solutionibus.
- 173 Dicitur II. per mutam interrogationem. Quæ verba quorundam censurâ calificantur, quasi nimirum in Acceptilatione non concurrat utriusque partis, creditoris & debitoris, interrogatio, sed unius tantum. Sed, cum verba sint Legis, potius excusari, quam culpam debent, eò prætextu, quod per mutam interrogationem intelligatur interrogatio completa, habens annexam responsum creditoris. Lauterb. ad tit. ff. de Acceptilatione. §. 2. D. Franz ad tit. Instit. Q. M. T. O. p. 2. §. 2. Harpprecht ad §. 1. Instit. d. r. num. 6.
- 174 Dicitur III. quæ utriusque contingit ab eodem nexu absoluto. Quæ vocabula rursus sub virgularum censuram ab aliquibus mittuntur: eò quod unus duntaxat, debitor nempe, per Acceptilationem à nexu debiti absolvat. Attamen ita salvari & explicari possunt, ut nexus ex parte creditoris solvatur activè, seu quoad jus activum exigendi debitum; & ex parte debitoris solvatur passivè, seu quoad obligationem solvendi debitum. DD. mox allegati.
- 177 Quodsi definitionem accuratorem adornare lubet, potest Acceptilatio definiri, quod sit modus, quod per solennem verborum conceptionem creditor, à debitore rogatus, debitum eidem fert acceptum.
- 178 Dixi: per solennem verborum conceptionem. Nam de Jure Romano non potuit Acceptilatio aliter quam per verba solennia fieri, adeò

ut debitori interroganti: habensne acceptum, aut faciens acceptum, quod tibi debeo? Creditor respondere debuerit, acceptum habeo, vel facio. Textus in §. item per i. Instit. Q. M. T. O. Quin etiam responso creditoris debuit esse pura, nec potuit in diem vel conditionem restringi l. acceptilatio 4. l. in diem 5. ff. de Acceptilatione. Brunn. ad d. l. 4. Verum hodiernò Jure, quod verborum solennitas in conventionibus ab urbe recessit, Acceptilatio per nudum pactum liberatorum, tam purè quam in diem aut sub conditione conceptum, ritè perficitur. Stryck in usu mod. ad cit. tit. de Acceptilat. §. 1.

Dividitur Acceptilatio in simplicem & Aquilianam. Simplex est, quæ solâ obligatio, ex stipulatione nata, tollitur. d. §. item per i. Aquiliana est, quæ obligationes, ex aliis Contractibus ortæ, prius per novationem in stipulationem convertuntur, & postea per Acceptilationem tolluntur §. est autem 2. Instit. d. l. Sed hæc posterior Acceptilatio, pariter ac verborum solennis conceptio, non amplius in usu & praxi est, dum æquè pactum liberatorum simplex, quam Acceptilatio Aquiliana, quamcumque obligationem tollere valent. Stryck de Cautel. Contract. sect. 4. cap. 3. §. 2.

Aliud autem hodiernis quoque moribus est pactum liberatorum; aliud redditio apochæ, seu quietantiæ, quæ creditor fatetur, se accepisse solutionem. Nam, ut loquitur Ictus in l. si accepto 19. §. 1. ff. de Acceptil. Acceptilatione omni modo liberatio contingit, licet pecunia soluta non sit: apochæ non alias, quam si ei pecunia soluta sit. Unde est, quod contra Acceptilationem nequeat opponi exceptio non-numeratæ pecuniæ; sicuti potest opponi contra apocham, licet ad 30. dies coarctata sit in l. in Contractibus 14. §. 2. Cod. de N. N. P. Brunn. ad cit. l. 19. n. 2. Quid porrò de apochis, tam generalibus, quam specialibus observandum veniat in praxi, sollicitè disquir

rit Stryck cit. sect. 4. cap. 3. §. 4. & seq. & notat, quod apochæ generalis ad non cogitata

non extendatur per l. tres fratres 35. ff. de Pass.

§. II.

De Novatione.

- 187 **M**odus tollendi obligationem accensetur etiam Novatio, quæ à novo seu nova obligatione nomen adepta, vel accipitur genericè vel accipitur specificè. Genericè accepta est modus, quod vetus obligatio aboletur, & in aliam obligationem, mediante stipulatione, transfunditur l. novatio 1. in pr. 188 ff. de Novatione. Dixi: mediante stipulatione: quippe cum de Jure Civili scripto Novatio non possit aliter, quam per stipulationem, expediri l. omnes res 2. ff. d. l. Quamquam ex Jure non-scripto Novatio per nudum pactum fieri possit, uti testantur Zoëll ad cit. tit. ff. n. 9. Brunn. ad tit. l. 1. num. 1. Stryck in usu mod. ib. §. 1. Clariff. D. Franz ad tit. ff. Q. M. T. O. p. 3. n. 6. Specificè accepta est modus, quod vetus obligatio in aliam transfunditur, manente eadem debitoris persona §. præterea 3. Instit. d. l.
- 191 Dixi I. obligatio veteris. Ubi denotatur obiectum Novationis, quod est obligatio præcedens, tam naturalis, quam civilis, & mixta.
- 192 ad l. novatio 1. §. 1. ff. de Novatione. Adeò, ut nequidem obligatio non-pura, seu in diem aut conditionem restricta, excludatur; imbitam tamen conditionem habeat, si dies venerit, aut conditio extiterit d. §. præterea 3.
- 193 Dixi II. in aliam. Et hæc obligatio debet subsistere vel naturaliter, vel civiliter, vel utroque modo d. l. novatio 1. §. 1. Neutrò modo si teneat, corrumpit Novatio, & in suo robore persistat anterior obligatio. D. Franz cit. num. 6.
- 194 Dixi III. transfunditur. Transfusio ista desiderat animum novandi, non tantum per conjecturas præsumptum, sed per certa ac specifica verba expressum d. §. præterea 3. l. ult. 195 Cod. de Novatione. Unde, si creditor ante

riorem obligationem per interventum fidejussoris aut constitutionem pignoris adauferit, non novam obligationem induxit, sed veterem solummodo firmasse præsumitur. Brunn. ad cit. l. n. 6. Stryck in usu mod. pand. ad eund. tit. §. 2. Mev. p. 4. decis. 81. Quodsi nonnulla determinentur à partibus, quæ priori obligationi sunt contraria, non inducitur Novatio ipsò Jure, sed tantum ope exceptionis, & quidem in foliis articulis, de quibus expressè est facta. Brunn. cit. l. n. 5. Stryck cit. §. 2.

Dico IV. manente eadem personâ debitoris. Quæ notâ discernitur Novatio in specie à delegatione, in qua novus debitor substituitur. Hæc autem persona, perinde ac persona creditoris, debet habere liberam potestatem, de obligatione sua disponendi. Lauterb. ad cit. tit. ff. de Novat. §. 14.

Dividitur Novatio in specie in voluntariam & necessariam. Voluntaria est, ad quam partes liberâ voluntate decurrunt. Necessaria est, quæ ex necessitate Legis inducitur in litis contestatione per l. delegare 11. §. 1. ff. de Novat. l. licet 3. §. 11. ff. de Pecun. l. sancimus 3. verb. si enim novatur etc. Cod. de Usur. rei judic. Verum hæc divisio non est legitima, dum litis contestatio solum est Novatio impropria, & veterem obligationem non transfert in novam, sed novam duntaxat qualiter ratione transmissionis actionis, in Lib. II. tract. III. de Process. Judic. cap. 1. à n. 63. explicatæ importat; cum tamen Novatio propria tollat obligationem priorem cum omnibus accessoriis, videlicet pignoris, fidejussoribus, mora, & pœnâ l. novatio 1. in pr. l. si Stichum 8. in princ. l. novatione 18. l. si 26. ff. de Novatione. Lauterbach cit. l. §. 3. & 4. Stryck ibid. §. 4.

§. III.

De Delegatione.

- 202 **A**D modos tollendi obligationem referatur quoque Delegatio, vulgò ein Überweisung oder Anweisung an statt der Bezahlung; quæ est modus, quod prior obligatio per substitutionem novi debitoris tollitur.
- 203 Dixi I. quod prior obligatio. Supponitur autem talis obligatio præcedere in Novatione, qualis præcedit in delegatione. D. Franz ad tit. Q. M. T. O. n. 4.
- 204 Dixi II. per substitutionem novi debitoris. Nec refert, quis ille sit, si modò possit obligationem subire arg. l. novatio 1. in pr. ff. de Novat.
- 205 Consentire tamen in Delegationem debet l. delegatio 1. l. nec creditoris 6. Cod. de Novationibus. non solum idè: quia de Jure Romano 206 juxta num. 188. stipulatio requiritur; sed

etiam quia, si debitor noviter delegatus nihil antea debuit, utique per novam conventionem debitum promittere tenetur; & si debitor jam fuit, non potest exuere obligationem & induere novam, nisi volens sit & consentiens. Nec paritas est cum cessione vel venditione actionis: ibi enim debitor nihil contrahit, sed tantum respondet creditori, five per se five per cessionarium actionem instituit, & debitum petat. Stryck de Caut. Contract. sect. 4. cap. 2. §. 4. & 5. Brunn. ad cit. l. delegatio 1. n. 6.

Dixi III. tollitur. Tollitur autem obligatio respectu debitoris delegantis, & creditoris, cui delegatur novus debitor; & quidem tollitur cum omnibus accessionibus & administr



niculis §. praterea 3. *J. O. M. T. O. l. novare* 20. *l. emptor 27. ff. l. ex contractu 2. Cod. de Novat. & delegat.* Respectu debitoris delegati & creditoris nova producitur obligatio & actio; nempe, si stipulatio inter ipsos intercesserit, producitur actio ex stipulatu; aut, si pactum nudum, conditio ex moribus. Lauterbach ad *cit. tit. ff. §. 21.* Nec potest debitor delegatus contra debitorem delegantis opponere illas exceptiones, quas opponere poterat contra delegantem, v. g. exceptionem doli, SCti Macedoniani, competentia &c. *l. siquis 12. l. doli exceptio 19. l. si Titius 33. ff. de Novat. sibi namque imputare debet, quod se delegari, & novam promissionem obligationem veterem extingui, atque in aliam transmutari sit passus.* Lauterb. *cit. l. §. 21.*

212 Excipitur tamen in *cit. l. doli exceptio* exceptio SCti Vellejani, quam mulier, quae in Delegationem consensit, non minus novo quam antiquo creditori opponere permittitur: eod quod ipse consensus in Delegationem speciem

213 intercessionis habere videatur; aliter atque in exceptione SCti Macedoniani, quae, cum novus per Delegationem fiat creditor, qui pecuniam mutuum non dedit, eidem opponi nequit. Zoë ad *cit. tit. ff. n. 19.* Perez ad eund. *tit. Cod. n. 16. & seq.*

214 Respectu delegantis & delegati tollitur etiam antiqua obligatio, si quae inter ipsos subsistit; ita tamen, ut cassatio antiquae obligationis perspicue debeat exprimi: eod quod novatio, quae inest Delegationi, citra specialem expressionem non praesumatur ex *l. ult. Cov. de Novat.* Stryck in *usu mod. ad d. t. ff. §. 3.*

215 Sin autem nulla subsistat obligatio, delegatus habet adversus delegantem actionem mandati, quae id ab ipso repetere potest, quod solvit *l. si mandatu 45. §. 4. ff. Mand.* Lauterbach ubi supra §. 20.

216 Quid autem, inquit, si creditor à debitore noviter delegato suum non possit conse-

## § IV.

## De Assignatione Nominis.

222 **C**um Delegatione similitudinem habet Assignatio nominis, quae debitor creditori suo indicat, summam pecuniae à tertio quodam sibi deberi, eique mandat, ut pecuniam illam à tertio exigat, & si receperit, locum solutionis retineat. Stryck in *usu mod. pand. ad tit. de Hered. vel act. vend. §. 19.* Quemadmodum enim per delegationem prior debitor liberatur, & debitum illius extinguitur: ita, post Assignationem & exactionem pecuniae factam, debitor assignans liberatur, & debitum illius expirat: censetur namque per traditionem brevis manus pecunia ad debitorem assignantem reversa, & postea creditori in solutum data *arg. l. singularia 15. ff. de R. C.* Stryck *cit. l. §. 20.*

225 Dissimilitudo autem non minor est inter-


qui, habebitne regressum contra delegantem?

Resp. negativè. Textus in *cit. §. praterea 3. Inst. Q. M. T. O. l. qui debitorem 18. ff. de Fidejussor. l. si delegatio 3. Cod. de Novation.* Ratio defumitur ex *l. inter causas 26. §. 2. ff. Mand.* quia bonum nomen facit creditor, qui admittit debitorem delegatum: consentit enim in personam delegati, & delegantem ex obligatione dimittit. Stryck de *Camel. Contract. sect. 4. cap. 2. §. 3.*

Excipitur I. casus, quod prior debitor seu delegans expressè in se periculum recepit, aut creditor regressum adversus ipsum specificè sibi reservavit, e. g. *Golte aber der Creditor von dem Delegato die völlige Besichtigung nicht erhalten / soll dem Creditori seyn Regress contra debitorem primum delegantem frey bleibben.* Textus in *l. si mandatu 45. §. 7. ff. Mand.* Brunn. *ibid. num. 4.* Perez in *Cod. cit. tit. n. 13.* Stryck *cit. §. 3.* D. Franz ad *cit. tit. Inst. p. 4. num. 6.* Idem est, si delegans callidè & falsò laudaverit delegatum, velut idoneum & sufficientem debitorem, per textum in *l. eleganter 7. §. ult. l. quod si §. ff. de Dolis.* Brunn. *ibid. n. 19. & 20.* Lauterb. ad *cit. tit. ff. de Novation. §. 19.*

Dividitur Delegatio, sicut Novatio, in voluntariam & necessariam. Illa est, quae inter volentes nominatim peragitur. Haec, quae Legis autoritate interponitur, si alius pro alio, auctore non contradicente, sitim susceperit: nam, secuta litis contestatione, debitor prior liberatus esse censetur. *l. solutione 23. ff. de Solutione.* Quia tamen haec debitoris liberatio non contingit ipsò Jure, sed tantum ope exceptionis, quatenus actio creditorum omnibus proprietatibus & qualitatibus contra veterem debitorem manet intacta *l. fundum 28. l. aliam 29. ff. de Novation.* ideò Delegatio non reputatur propria sed impropria. Brunnem. ad *d. l. num. 2.* Lauterb. ad *d. tit. §. 3.*

## § V.

§ V.  
De Dissensu.

228 **A**dhuc modis obligationem tollendi accensetur Dissensus, quod obligatio, solò ac mutuo consensu contracta, per solum ac mutuum dissensum rursus dissolvitur. Textus in *§. ult. Inst. Q. M. T. O.* ubi Harpprecht *num. 1.*

229 Dixi: solò ac mutuo consensu. Siquidem obligatio, quae praeter consensum etiam interventum & traditionem rei desiderat, non dissolvitur, nisi res retrotradatur *d. §. ultim.*

230 Quinetiam, si obligatio contractatur solò consensu, res tamen non amplius integra, sed

traditio mercis v. g. aut numeratio pretii in emptione-venditione sit facta, ad resolutionem obligationis opus est retrotraditione *l. re quidem 1. Cod. Quando liceat ab emptione disced.* Harpprecht *cit. l. n. 3.*

Hodie tamen, cum non attendatur, quis ipsò Jure, vel ope exceptionis ab obligatione sit liberatus, omnes Contractus, etiam reales, contraria voluntate contrahentium dissolvi, & obligationem, esto res non amplius sit integra, ipsò Jure perimi, docet D. Fleck in *Biblioth. Jur. lib. 3. tit. 56. n. 4.*

## § VI.

## De reliquis Modis obligationem tollendis.

232 **E**X cæteris modis obligationem tollendi, superest I. Datio in solutum, quae debitor, si pecuniam non habeat, ut agrè expendat, nomen aut debitum activum creditori cedit, ut illud in solutum, id est, locum solutionis acceptet *l. in numerationibus 14. ff. de Solutionib.*

233 Et in hoc casu debitor, qui nomen dat in solutum, eatenus est obligatus ad evictionem, ut, si debitum praestet, quod verum & tale non est, non videatur esse liberatus *l. eleganter 24. in pr. ff. de Pignorat. act. ubi Brunn. n. 1.*

234 **I**supradium 4. *Cod. de Eviction.* Ut autem nomen, quod datur in solutum, sit bonum & exigibile, debitor praestare non tenetur per *l. si nomen 4. ff. de Hered. vel act. vend.* creditor enim facilitati suae debet imputare, quod meliorem debitorem non elegerit, aut aliò modò sibi prospexerit. Stryck in *usu mod. ad cit. tit. ff. de Her. vel act. vend. §. 50.*

in *l. ult. ff. de Curatore, bonis dandò.* Lauterb. *ead. tit. §. 4.*

III. est Confusio, quae duo jura, sibi invicem relative opposita, in unam eandem personam concurrunt, putatus activum & passivum; quod accidit, si creditor debitori, vel debitor creditori succedat: tunc enim, cum nemo sui ipsius creditor & debitor simul existere possit, obligatio evanescit *l. si sit acceptatio 75. l. Stichum 95. §. 2. ff. de Solutione.* Lauterb. ad *tit. ff. de Acceptilati §. 14. & seq.*

IV. est Intersus rei debita: nam, ubi res in specie debetur, ac sine culpa vel mora debitoris perit, illius praestatio fit impossibilis, & ita liberatio consequitur *l. si ex legati 23. l. si Stichus 33. ff. de V. O.*

Aliud est, si genus in obligatione sit: genus etenim nunquam perire, sed semper existere creditur *arg. §. item is 2. Inst. Q. M. R. C. O. l. obligationes 1. §. 4. ff. de O. & A. l. incendium 11. Cod. Si cert. per.* Aliud est, si debitor in mora vel culpa fuerit: cum enim per moram aut culpam faciat, quod minus res potest, aut existat, indignus est, ut audiat, si liberationem à debito praetendat *d. l. si ex legati 23. l. cum filius familias 49. in pr. l. si servum 91. in pr. ff. de V. O.* Lauterb. *cit. l. §. 18.*

V. est Decursus temporis seu legitima praescriptio, per quam liberatio ab obligatione privilegio temporis acquiritur *l. si cert. 3. l. omnes 4. Cod. de Praescript. 30. vel 40. annor.* At quia in *Lib. I. tract. de Praescript.* hanc materiam abundè digessi, nihil amplius superaddo; simulque & modos inducendi, & modos abolendi obligationes absolvo.

